



**Historia De Vita, Moribus, Rebus Gestis, Studiis Ac  
Denique morte Praedicatorum Lutheranorum, Doct.  
Martini Lutheri, Philippi Melancthonis, Matthiae Flacii  
Illyrici, Georgii Maioris, et Andreae ...**

Complectens ortum, progressum [et] incrementa, tum arcana plurima  
hactenus non prodita, omnium penè huius temporis haeresum

... Vita ... Philippi Melancthonis. Matthiae Flacii Illyrici. Georgii Maioris, Et  
Andreae Osiandri

**Ulenberg, Kaspar**

**Coloniae Agrippinae, 1622**

IV. A Luth. in publicum emittitur cum praefat. in SS. Patres iniuriosa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65643](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65643)

hac strophâ multos è litteratorum numero huic factioni conciliarit, qui humanitatis at- que elegantioris stili lenocinio quodam ille- cti Lutheranis se partibus adiunxerunt.

Quod cum Lutherus ipse non ignoraret, Melanchthonem summis extulit laudibus, velut hominem, cum quo nec D. Thomas Aquinas scholasticorum primus, nec Hiero- nymus & Origines Patrum doctissimi ve- niant comparandi. Certè libellum hunc de locis communibus, quem ætatis anno vige- simo tertio Melanchthon cõcepisse videtur, prorsus inuictum censuit Lutherus, tantique fecit, vt non immortalitate modo, sed & Ec- clesiastico canone dignum iudicaret, scilicet vt eandem haberet cum propheticis aposto- licisque scriptis autoritatem. Toties verò postmodum recoctus fuit & mutatus, tot au- ctus incrementis, vt cum tenuis esset initio, paulatim in magnum volumen excreveret, in quo Melanchthon de summis quibusdam Christianæ fidei dogmatis, de prædestina- tione, de peccato, de libero arbitrio, de sacra- mentis, ea iuuenis asseruit, quæ maturior & senex velut hæretica damnauit.

Cæterùm cum ann. 1520. priuatim scrip- tam ad Romanos epistolam explicaret, quæ- dam in eam commentatus est, qua Luthe- rus, vbi vidit, planè censuit in publicum e- mittenda. Itaq; cum Melanchthon frequen- ter interpellatus non ederet hæc commenta- ria, Lutherus ipse typographis ea dedit ex- cuden-

ANN<sup>o</sup>  
1522.

III.

Luth. de eo  
iudicium.

Lib. de seruo  
arbit. contr.  
Erasmum.  
Seln. recit.  
4. p. 62.

Loci com-  
munes au-  
gentur in-  
dies.

IV.

Ann. 1522.  
Commen-  
tarius eius  
in Epist. ad  
Rom. à  
Luth. ex-  
cuditur.

cuden-

ANNO  
1522.

Eius præ-  
fatio.

Calumniæ  
eius in  
S. Docto-  
res.

cudenda; atq; hunc fetum addita præfatione  
 Melanchthoni tanquam verò parenti dedi-  
 „ cavit. Irascere, inquit, & noli peccare, loque-  
 re super cubile tuū, & fite. Ego sum, qui has  
 „ tuas annotationes edo, & teipsum ad te mit-  
 „ to. Si tibi ipsi non places, rectè facis; satis est,  
 „ dum nobis places. Ex tua parte peccatū est,  
 „ si quid hic peccatum est. Cur non tu ipse edi-  
 „ disti? Cur toties me frustra rogare, manda-  
 „ re, & vrgerè passus es, vt ederes? Paulò post:  
 „ Ego quod impij Thomistæ suo Thomæ mè-  
 „ daciter arrogant, scilicet neminem scripserisse  
 „ melius in S. Paulum, tibi verè tribuo. Quin  
 „ amplius irritare volo nasutos istos, & dico  
 „ Hieronymi & Origenis cōmentaria esse me-  
 „ ras nugas & inneptias, si tuis annotationibus  
 „ comparentur. Iterum post pauca: Sola scrip-  
 „ tura, inquis, legenda est citra commentaria.  
 „ Rectè de Hieronymo, & Origene, & Tho-  
 „ mâ, hisq; similibus dicis. Commētaria enim  
 „ scripserunt, in quibus sua potius, quam Pau-  
 „ lina & Christiana tradiderunt. Tuas annota-  
 „ tiones nemo commentaria appellet, sed in-  
 „ dicem duntaxat legendæ scripturæ & cogno-  
 „ scendi Christi: Id quod nullus hætenus præ-  
 „ stitit commentariorū, qui saltem extet. Nam  
 „ quod tu causaris, nec tibi ipsi per omnia latif-  
 „ factū tuis annotationibus, labor est ante me,  
 „ vt tibi credam. Sed ecce, credo, non satisfacere  
 „ ris tibi ipsi. Neque hoc quæritur, nec petitur  
 „ abs te: Quin volumus Paulo suam quoq; glo-  
 „ riam saluam, ne quādo iactet aliquis, Philip-  
 „ pum

pum esse Paulo superiorem, vel æqualem: sufficit te proximum Paulo esse. Hęc Lutherus an. 1522. 29. Julij, qui in eadem præfatione insinuat, Melanchthonem iam tum in Genesim in Matthæum, in Ioannem quædam commentatum, quæ furto se minatur ablatum, editurumque, nisi conatum hunc ipse præueniat. Quod autem tam immodicè Melanchthonem extollit, dum patribus eum præfert in vniuersum omnibus, & post D. Paulum constituit loco proximo; quin & Canone digna eum scribere definit, id prensandi causa factum est, vt hominem eximeret è cœlestium prophetarum vel Enthusiastarum fraudulētis laqueis, quos anno 1521. per Carlostadium, aliosq; nonnullos de fanaticorum grege circumuentus induerat. Ea res, quomodo gesta sit, breuiter hoc loco venit inferendum.

ANNO  
1522.

Causa la-  
dis tam  
immodicæ.

C A P V T III.

- I. *VVittenberga noui motus & secta inter Luth.*
- II. *Missa & reliquis relig. cultus, vnaq; literarum studia abrogata, autore Carlostadio & Melancht.*
- III. *Tumultuum autoribus per Luth. repressis, restituta literarum exercitia.*
- IV. *Melanchthon in patriam abit. eius Heidelbergæ cum Nausea & inde cum Landgrauio colloqu. cum obseruato in via augurio.*

**A** NNO 1521. dum Lutherus VVormatiã  
euocatur per Cæsarem, & postmodum in  
Thu-

I.